



14-2  
17-1  
17-1

90

Gala B.



3.00

# ELEMENTA JURIS EMPHYTEUTICI

COMMODA METHODO  
JUVENTUTI ACADEMICÆ  
ADORNATA

A  
VINCENTIO JOSEPHO  
FERREIRA CARDOSO  
DA COSTA  
IN CONIMBRICENSES ACADEMIA  
JURIS CIVILIS DOCTORE.



CONIMBRICÆ:  
EX TYPOGRAPHIA ACADEMICO-REGIA.

*Sala*  
*Gab.*

Anno Dñi M.DCCLXXXIX.

Cum facultate Regiae Curiæ Comissionis Generalis, præ Examine, & Censura Librorum.

Sala	<i>H</i>
Gab.	
Est.	<i>8</i>
Tab.	<i>0</i>
N. <sup>o</sup>	

FACULDADE DE DIREITO  
BIBLIOTÉCA  
N.º 57418

Nec differendum est tyrocinium in senectutem. Nam quotidie metus crescit, manusque fit semper, quod ausuri sumus: & dum deliberamus, quando incipiendum sit, incipere jam serum est. Quare fructum studiorum viridem, & adhuc dulcem, promidecet, dum & venia, & spes est, & paratus favor, & audere non dedecet, & si quid desit operi, supplet ætas, & si sunt dieæa juveniliter pro indole accipiuntur.

Quintil. Inst. Orat. lib. 12. c. 6.



A  
20  
14

VIRO  
EXCELLENTISSIMO,  
AC  
REVERENDISSIMO DOMINO  
**D. FRANCISCO**  
RAPHAELI DE CASTRO  
SANCTÆ PATRIARCHALIS ECCLESIAE  
PURPURATO PRINCIPI  
REGINÆ FIDELISSIMÆ A CONCILIIS  
CONIMBRICENSES ACADEMIAE  
REFORMATORI ATQUE RECTORI  
NOSTRÆ ÆTATIS DECORI  
S. P. D.

VINCENTIUS JOSEPHUS FERREIRA CARDODO  
DA COSTA.

DE RAVENBERG  
LAURENTIUS DE CANTAB.  
SALONIS ESTABLISHMENTE RECUPER  
TURMUS TURMUS TURMUS  
LEGIBUS DE PELLIBUS ET CONCUBIBUS  
CUNNIBUS ET VENERIBUS MADMISIB  
RELATIONE AEGAE VULPIS ET LUPIS  
HOMINUM TERRAESTRIS HABITAC  
D



# EXCELLENTISSIME DOMINE



*BI primum, VIR  
EXCELLENTISSI-  
ME, REFORMATO-  
RIS, ac RECTORIS munere Co-  
nimbricam ingressus fuisti, affi-  
duis*

duis in Academiæ bonum vigiliis, TUAQUE præsentia ita omnium animos erexisti, ut vel me, quem non pudet inter inferiores numerare, ad magnum aliquid moliendum compelleres. Cum enim TE videbam, ac mirabar, quem generis claritas delitiis natum suadere videbatur, nihil temporis otio, nihil oblige-

oblectationibus tribuere , inde-  
fesso labore Academiæ negotia  
curare , juventutis studiis , ac  
disciplinæ invigilare , fere om-  
nium aëtibus præesse , ut ita ju-  
venes si non litterarum amore ,  
saltem Tui verecundia studiis  
vacarent , meæ vitæ ratione ,  
atque otio territus , Academiæ  
Principem suam quietem , pro-  
priam-

priamque valetudinem publico  
bono postponentem imitari exo-  
ptabam. Quotiesque deinde Ju-  
ventutem Academicam studio-  
sissimam considerabam, assidua  
Gymnasii frequentia, ac labore  
ita proficientem, ut ipse ali-  
quando Juvenes mirarer, qui  
nondum tyrocinium in Academia  
consumperant, tot cognitioni-  
bus

bus instructos , quot vix illis  
desiderari poterant , qui nobis  
erant vale dicturi , TIBI totius  
rei cause , atque fautori tan-  
tam gloriam invidebam , &  
quidquid mibi virium erat , e-  
tiam in juventutis commodum  
impendere indies , ac indies in-  
flagrabar.

Hæc diu ferre non potui , &  
quo

quo TUIS vestigiis , quantum  
poteram , insistens Academi-  
cæ juventuti prodeesse conarer ,  
extraordinariam prælectionem  
subeundi consilium inibi , cuius  
simulac participem feci , meo  
animo rei gravitate præterrit o-  
tantum robur attulisti , ut ni-  
bil metuendum denique judica-  
rem. Ita fui perdificilem hanc  
Pro-

UNIVERSITATIS  
ACADEMICA  
CIVILIS ET MILITARIS  
S. P. A.  
VINCENTII JOSEPHI  
FLAVIANI ARDOZO

Provinciam aggressus , cumque  
illius causa hæc Juris Empy-  
teutici Elementa edere nece-  
sum fuisset arbitratus , nihil  
cogitavi , quem illis Patronum  
quærerem ; confessim namque  
sub TUIS auspiciis prodire de-  
bere , TEQUE hoc illis quasi de-  
bitum officium non denegatu-  
rum constitui. Has ergo qua-

Jes.

*lescumque studiorum meorum  
premitias sub Tuō patrocinio  
fuscipe, gratusque animus in  
posterum alia meditabitur, qui-  
bus Academiæ utilitati studens  
TIBI placeat. Diu TE D. O. M.  
Academiæ, ac Lusitaniæ decori  
servet incolumen. Dabam Co-  
nimbricæ quarto Nonas Octo-  
bris CICICCLXXXVIII.*



JUVENTUTI  
ACADEMICÆ  
JURIS CIVILIS STUDIO DEDITÆ  
S. P. D.

VINCENTIUS JOSEPHUS  
FERREIRA CARDODO  
DA COSTA:

**H**ABETIS, Juvenes Clarissimi, Elementa Juris Emphyteutici vestro usui, ac bono ea cura, ac diligentia conscripta, quam viro ægrotanti inter medicamina brevissimum vacationum spatium permisit. Cum enim Excellentissimi Academiæ Præfulis exemplo excitatus quidquid mihi virium est, vestra utilitate impendere cupivissem, eaque de causa extraordinariam prælectionem, qua de Jure Emphyteutico verba facerem Ejusdem Excellentissimi Præfulis, & Amplissimi Coetus Juridici permisso suscipere auderem, inutile, nisi hæc Elementa ederem, me opus suscipisse credidi.

Exi-

Existimabam namque vobis parum cōmodi ex meis prælectionibus obventurum , nisi aliquis effet libellus , quem ipse sequerer , Vosque domi velut studiorum ducem haberetis. Mihi vero cogitanti , quinam ex nostris Scriptoribus hunc in finem eligi oporteret , visum est , eorum singulos ita implicite hanc jurisprudentiæ partem tradidisse , ut nullo modo nostro usui inservire possent. Namque præterquamquod methodo ab illa toto cælo diversa utuntur , quam vestro usui Academicæ Leges comprobarunt , nonnisique aliquas species proponunt , ac pertractant , quin principia certa , ac fixa stabiliant , quæ uniuscujusque obvenientis speciei resolutioni securum præbeant fundatum , aliis adeo gravibus mendis scatent , ut si eorum scripta nostro usui decerne rem ne umbram quidem Juris Emphyteutici longo tempore consumpto deprehenderemus.

Evidem vera Juris Emphyteutici principia ipsi deserunt , ac ut plurimum nonnisi Glossæ , Doctorum auctoritati , trituræque forensi adhærent , qua ratione fieri non poterat , quin omnia in incerto posuissent : *quid enim , tam erit absurdum , ut Cl. Heinecii verbis utar ,*

*((a)) , quod*

(a), quod non defendere possit cauſe  
 patronus ſolertior, ſi a Glōſſe, & Do-  
 etorum auētoritate ſupeſta eſſet iuſtitia?  
 Deinde ſi legem aliquando intuentur,  
 eam ita interpretantur ex jure, quod  
 ajunt, communi, certisque interpretationis  
 regulis, quibus velut ſacra anco-  
 ra nituntur, ut eam magis torqueant,  
 quam exponant. Hujusce rei lepidum  
 exemplum præbent, quotquot interpreta-  
 tiones ex vulgari illa regula deducun-  
 tur, legem ſemper ita accipiendam, ut  
 juri communi conſentiat, minusve re-  
 pugnet, quaſi ſi fieri nullo modo poſſet,  
 ut aliud jure Romano, aliud Lufitano  
 ſtabiliretur. Ultimo immensa volumi-  
 na implent quæſtionibus Juris Emphy-  
 teutici, ſæpeque inutilibus, neminique  
 uſui futuris.


Hæc noſtrorum Interpretum vitia  
 cum animadverterem, ideoque eorum  
 nullum mearum prælectionum, veſ-  
 trique ſtudii ducem poſſem eligere, E-  
 lementa hæc Juris Emphyteutici edenda  
 conſtitui, quo magis veſtris commodis  
 inſervirem. In illis ordinandis hanc mihi  
 legem dixi, ut jus emphyteuticum ex  
 illis

(a) Præfact. Elem. Jur. Civ. fec. Ord.  
 Pandect.

*Vox Regis*

illis principiis deductum traderem, quæ  
nunquam fatis laudata Lege JOSEPHI I.  
die 18. Sextilis anno 1769. lata com-  
mendantur. Legi ideo imprimis adhæ-  
rebo, eaque non extante naturam contra-  
ctus sequor, & legitimam confuetu-  
dinem, si illa adest. Aliquando etiam  
civiles Romanorum leges produco, non  
quod ex illis tantum rem deducendam  
arbitrarer, sed quod vel nostris legi-  
bus, vel emphyteuseos naturæ conve-  
niunt, ideoque ratione nituntur.

Quid præstiterim, judicatote. Certe  
alia rudi calamo scripta, omissa alia,  
alia correctione digna invenietis, cum  
præter industriam tempus, ac valetudo  
deesset. Cæterum singula emmendabi-  
mus, ac supplebimus, ut primum vel  
a vobis, vel a nobis edocti fuerimus,  
fortassisque aliquando hæc Elementa ac-  
curatiora, ac locupletioia reddemus.  
Interim valete, meque, & meis labo-  
ribus utimini. Conimbricæ quarto No-  
nas Octobris ccccclxxxviii.



# ELEMENTA JURIS EMPHYTEUTICI.

## CAPUT I.

*De Emphyteusi generalim, illiusque origine.*

### §. I.

**N**EGATIVA rerum communi- *Quid sit*  
nione sublata, proprietas, *dominiū*,  
seu dominium appetet, id *est illius*  
*effectus*.  
quo facultas de ea disponendi,  
omnem utilitatem capiendi, ac  
ammissam vindicandi nascitur, nisi vel  
lex, vel conventio, vel testatoris volun-  
tas obstat: cuiuscumque juris hos effectus  
esse constat, 1. jus de re disponendi, 2.  
om-

A

ELEMENTA

omnem utilitatem ex illa capiendi , 3.  
eam ammissam vindicandi.

§. II.

*Illius di-  
visor in  
plenum ,  
& minus  
plenum.* CUM ii dominii effectus aliquando penes unum, aliquando penes duos es- sent , fieri coepit , ut dominium aliud plenum , aliud minus plenum dicere- tur. Illo facultas de re disponendi , om- nem utilitatem capiendi , & eam am- missam vindicandi conjuncta ; isto di- visa ita est , ut penes unum aliquid ex disponendi facultate remaneat , penes alterum jus vindicandi , & omnem uti- litatem capiendi sit : primusque domi- nium directum , secundus utile habere dicitur. (a)

§. III.

*Minus  
pleni spe-  
cies.* DOMINI minus pleni tres hodie sunt species feudum , jus superficiei , & em- phyteufis , quarum primam Romani ignorarunt , posteriores ex jure Roma- no

---

(a) His vocabulis utimur jam semel no- tris Legibus , Schola , & Foro receptis , li- cet Romano Jure ignota , & ab elegantia la- tini sermonis aliena sint.

no sunt. Illarum quacumque dominium directum , & utile sejungitur ; illud penes dominum feudi , superficiei , & emphyteuseos : hoc penes vassalum , superficiarium , & emphyteutam est .

## §. IV.

FEUDUM , ac jus superficiei nobis non *Opusculi*  
est curæ , sed emphyteusis , cuius cognitio-  
nione *Ictus Lusitanus* maxime indiget ; *materia , atque utilitas.*  
frequentissimus namque apud nostrates  
emphyteuseos usus effecit , ut nullæ in  
foro , præcipue in *Provincia Interam-*  
*nensi* , controversiæ frequentiores sint ,  
quam quæ de jure emphyteutico ori-  
untur. Jurisprudentia præterea isto capi-  
te ita ab Interpretibus implicita redi-  
ta est , ut nonnisi summo labore ex  
immensæ molis voluminibus certæ em-  
phyteuseos regulæ deduci possunt .

## §. V.

EMPHYTEUSIS hic est (a) dominium *Quid sit*  
utile rei alicui in perpetuum , vel ad *emphy-*  
tem *teusis* ,

A 2

(a) Alibi enim accipitur pro contractu ,  
quo dominium illud conceditur , de quo in-  
fra §. XXXIV .

## E L E M E N T A

tempus non modicum traditum ea lege,  
ut ipse eam colat , canonemque in re-  
cognitionem dominii præstet. Qui il-  
lud concedit , dominus directus , qui  
accipit , emphyteuta nominatur. (a)

### §. VI.

*Ejus na-* Ex qua definitione fluunt axioma-  
*tura ge-* ta , quæ emphyteuseos naturam pate-  
*neratim.* faciunt. I. Emphyteuta dominium utile  
acquirit , quod in ipsum dominus rei  
transfert. *Leg. 12. Cod. de fund. patrim.*  
*Ord. lib. 2. tit. 33. §. 9. Leg. lat. die 3. No-*  
*vembbris 1757.* II. Illud accipit in per-  
petuum , aut non modicum tempus *L.*  
*1. L. 3. ff. si ager veſtig. Nov. 120. c. 6.*  
*§. 1. Ord. lib. 4. tit. 38. pr. Leg. lat. die*  
*3. Novembbris anno 1757.* III. Rem co-  
lere tenetur *Leg. lat. die 4. Quinctilis an-*  
*no 1776.* & IV. Canonem in dominii  
recognitionem præstare *L. 2. Cod. de Jur.*  
*emphyt. §. 3. Inst. de locat. Ord. lib. 4. tit.*  
36.

---

(a) nostris legibus emphyteusis isto sensu  
dicitur alibi *Prazo Ord. lib. 4. tit. 37*, alibi  
*Foro Ord. lib. 4. tit. 38*: emphyteuta *Forei-*  
*ro Ord. lib. 4. tit. 33*, dominus directus *senho-*  
*rio Ord. ibid.* : & canon *Pencaū Ord. lib. 4,*  
*tit. 39*, aut *Foro Ord. lib. 4. tit. 40.*

36. §. 5. tit. 39. §. 1. V. Dominus dominium directum retinet L. 1. Cod. de Jur. emphyt. Ord. lib. 4. tit. 38. Leg. lat. die 4. Quinctilis anno 1768. Et quoniam ex emphyteuseos divisione jacturam patitur dominus, VI. ipsa ex natura sua est individua Ord. lib. 4. tit. 36. §. 1. tit. 96. §. 23. Lege lata die 6. Martii anno 1669.

## §. VII.

Nec minus ex eadem definitione constat, quo emphyteufis differat a rebus venditis, locatis, (a) censitis, in usufructum, aut feudum, aut precastio concessis, & similibus, quæ aliquam affinitatem cum emphyteufi habere vindentur.

*Quo a rebus venditis, locatis, & similibus differat.*

## §. VIII.

Cum dominium præbeat jus de re disponendi (§. I. 1) manifestum est posse dominum rem suam tam absolute, quam retenta aliqua dominii parte in alium transferre: quod ultimum cum emphyteufi contingat (§. VI. 1. 5) ap-

*Naturali dominii indoli haud re-pugnat.*

pa-

---

(a) Licet in plures annos locatæ sint L. 39 ff. locati Leg. lat. die 4. Quinctilis anno 1776.

paret eam naturali dominii indoli neutru-  
tiquam repugnare.

§. IX.

*Apud Ro-* Id negotii genus, ut videtur, ab  
*mano in-* Ægyptiis usitatum, *Genes. c. 47. vs. 24.*  
*tructa,* seq., a Græcis, *Arist. lib. 2. Economic.*,  
& a Judæis, *Joseph. Antiquit. Iudaic. lib.*  
*2. c. 4.*, increbuit etiam apud Roma-  
nos, a quibus tandem emphyteuseos no-  
men accepit a temporibus Constantini  
M. ut suscipitur *Schilter Exercit. 16.*  
*Ib. 77. (a)*

§. X.

*Et quo-* Et quidem Romani fundos bello  
*modo in-* captos, alios Gentibus in ditionem  
*tructa.* receptis relinquebant, alios militibus,  
inopique plebi assignabant, alios sibi  
retinebant, ut ex illis publica sustine-  
rentur onera *Burman. de Vectigalib. Po-*  
*popul. Roman. p. 128, 148.* Ex istis, si  
culti aliqui erant, eos colonis continuo  
dividebant, vendebant, elocabant; qui  
vero inculti, illis, qui colere vellent,  
vectigali imposito addicebant *Apian. de*  
*Bell.*

---

(a) Vid. *L. 3. §. 4. ff. de reb. eor.*, quæ  
*Ulpiani est. & L. 15. §. 1. qui fatisd. erg.*

*Bell. Civil. lib. I.* Hæc emphyteuseos apud Romanos origo fuit, cum fundi addicti pro certo vectigali sint, qui pol-  
tea emphyteuseos nomen fortiti sunt.

## §. XI.

At licet a prædiis, quæ Romani *Et inva-  
fibi, victis gentibus, servabant, origi-  
nem caperet emphyteufis, attamen pol-  
tea eamdem consuetudinem prædia in-  
cultæ alicui pro certo canone addicendi,  
municipia, coloniæ *L. I. ff.* *Si ager ve-  
ctig. ipisque privati sequuti sunt; unde  
evenit, ut nihil hoc genere negotii a-  
pud Romanos a IV. seculo effet fre-  
quentius.**

## §. XII.

QUÆREBANT vero Consulti, an hæc *A Zeno-*  
prædia empta, ac vendita, an locata, *ne pro-*  
& conducta essent §. 3. *Inst. de locat.* *& priama-*  
*conduet. L. I. Cod. de Jur. emphyt.*, quam *turam ac-*  
litem sustulit Zeno stabiliens dicta *Leg.*  
I. quod nec pro emptis, nec pro locatis haberentur, sed pro concessis in em-  
phyteusim, hujuscem nominis contractum  
introducens, de quo infra. (a) §. XIII.


---

(a) Ante id tempus eodem jure emphy-  
teuti-

## §. XIII.

*Apud  
Lusitanos  
maximi  
usus.*

EMPHYTEUSEOS usum a Romanis quamplurimæ Gentes acceperunt, jamque diu obtinuerat in Hispania, cum Lusitanum Imperium ortum est; unde nihil mirum, quod ab illius initio jus emphyteuticum ibidem in usu esset, vel maxime in Provincia Interamnensi, cuius præcipua pars juris emphyteuticarii est.



## C A P U T II.

*De Emphyteuseos divisione.*

## §. XIV.

*I. Divi-  
sio in ec-  
clesiasti-  
cam, &  
secula-  
rem.*

E MPHYTEUSIS, cum aut rebus secularibus, aut ecclesiasticis constituantur, in secularem & ecclesiasticam dividi solet Ord. lib. 4. tit. 39. §. 1. & 2., quarum alia nonnullis capitibus ab alia differt. (a) §. XV.

teuticarius ager regebatur, quo locatus: arg. L. 15. §. 4. junct. L. 25. §. 6. ff. locat.

(a) Vid. Ord. lib. 4. tit. 39. §. 1. & 2., Leg. lat. die 4. Quintilis anno 1768, & aliam die 12. Maii anno 1769,

## §. XV.

DEINDE emphyteufis vel in pérpe- *II. In*  
 tuum , vel ad quodam tempus conce- *perpetu-*  
 ditur *Ord. lib. 4. tit. 39. pr. Leg. lat. die am,* &  
*3. Novembris anno 1757:* unde alia *tempora-*  
*perpetua (a), alia temporaria est. (b)* *riam.*

## §. XVI.

(a) Crebro dicitur *Afforamento em Fatiota*  
*Leg. lat. die 3. Novembris anno 1757:* &  
 vulgo *Fatofim.* Hujusmodi censenda est, quæ  
 imperfecte , & simpliciter conceditur in hunc  
 modum *concedo tibi rem in emphyteufim.* Item  
 quæ ita concipiatur tibi & filiis : tibi & hære-  
 dibus : tibi & descendantibus, nisi hæc ex loci  
 consuetudine aliam interpretationem exi-  
 gant.

(b) Saltem tres personas, vulgo *vidas com-*  
*pletei* debet *Leg. lat. die 3. Novembr. anno*  
*1757:* nec hodie emphyteufis existit ad tem-  
 pus ultra decennium concessa , cuius memi-  
 nit *Ord. lib. 4. tit. 38. pr. & tit. 39. pr. ob*  
*relatam legem.*

*Obs.* I Virum & uxorem in hujusmodi em-  
 phyteusi non unam personam , sed du-  
 as complecti *Ord. lib. 1. tit. 62. §. 45.*

II Primam personam existere quandiu  
 primus emphyteuta vivit , licet eo vi-  
 vo ad alios translata sit emphyteufis  
*Ord. lib. 4. tit. 36. §. 3.*

## §. XVI.

*III. In hæriditaria, si alicui, suisque hæredibus, ac successoribus conceditur Ord. lib. 4. tit. milarem, §. 7. tit. 96. §. 23. (a) : alia familiaris, cum alicui, suæque familiæ tribuitur Ord. lib. 4. tit. 96. §. 24. (b) : alia nominationis, qua emphyteutæ permittitur successorem eligere Ord. lib. 4. tit. 36. pr. tit. 37. pr. (c)*

## §. XVII.

(a) Quæcumque tam secularis, quam ecclesiastica, quæ hæreditaria non est, de pæsto e providencia nominatur, sive familiaris, sive nominationis sit.

(b) Ex. gr. *tibi & filiis tuis*: *tibi & descendantibus tuis*: idque in emphyteusi ecclesiastica non magis, quam seculari.

(c) Plerumque conceditur pro tribus personis, cum facultate, ut prima possit nominare secundam, & ista tertiam, nunquam vero pro duabus, aut una: *Leg. lat. die 3. Novembris anno 1757. (§. XV. nst. b.)* Hujusmodi emphyteusi aut facultas nominandi conceditur mortis causa *Ord. lib. 4. tit. 37. pr. & §. 1*, aut inter vivos *Ord. ibid. §. 2*; unde non inepte subdividi potest in emphyteusim nominationis inter vivos, & emphyteusim nominationis mortis causa, quarum unicuique in aliquibus sua propria est natura. *Vid. Ord. lib. 4. tit. 37. & infra §. LXXX,*

## §. XVII.

HÆREDITARIA duas species comple-  
ctitur , quarum alia pure hæreditaria ,  
alia mixta dicitur : illa in successore ni-  
hil aliud requirit , quam ut sit hæres ,  
seu successor ephyteutæ (a) : hæc illos  
tantum admittit , qui hæredes sunt , &  
aliam qualitatem habent in concessione  
relatam . (b)

## §. XVIII.

FAMILIARIS aut est pure familia-  
ris , cum nihil aliud in successore requi-  
rit , quam ut sit ex familia ( §. XVI. n. *etiam*  
*familia-*  
*ris.*  
*b.* ) vel est mixta , si aliquid amplius  
quærerit . (c)

## §. XIX.

(a) Hujusce naturæ est emphyteusis ec-  
clesiastica , vel secularis ita concessa tibi &  
hæredibus tuis ; tibi & successoribus tuis ; tibi ,  
hæredibus , & successoribus tuis ; tibi , hæredi-  
bus , aut successoribus tuis .

(b) Ex. gr. Tibi , & hæredibus a te descen-  
dentiibus ; tibi , ac filiis hæredibus tuis ; tibi  
ac hæredibus tuis masculis .

(c) Veluti tibi & filiis tuis masculis : tibi  
& descendantibus tuis legitimis .

## §. XIX.

*Et nominationis.* DIVIDITUR etiam emphyteufis nominationis in emphyteufis liberæ nominationis, familiarem nominationis (*a*), & hæreditariam nominationis, quæ eo inter se differunt, quod alia liberum est quemcumque successorem nominare, alia unum ex familia, alia unum ex hæredibus.

## §. XX.

*IV. In antiquâ, & novâ.* ULTIMO cum emphyteufis vel aliquo concedatur, vel jam constituta acquiratur, in antiquam, & novam dividitur.



CA-

---

(*a*) Quæ facultas vel expresse ita conceditur tibi *& uni ex filiis* quem nominaveris: vel tacite in hunc modum tibi, uxori, & *uni ex liberis*, Ord. lib. 4. tit. 36. §. 6.

## C A P U T III.

*Quibus rebus Emphyteusis constitui possit.*

## §. XXI.

**I**N emphyteusi utile rei dominium *Axioma-*  
transfertur ea lege, ut emphyteuta *ta.*  
ipsam colat ( §. VI. 1. 3. ) : unde axio-  
mata : I. in emphyteusim dari poslunt,  
quæcumque utile dominium, aliena-  
tionem, culturamque recipiunt : II.  
dari nequeunt, quæ vel utile dominium,  
vel alienationem, vel culturam non ad-  
mittunt.

## §. XXII.

CUM in emphyteusim dari possint, *Que res*  
quæcumque dominium, alienationem, *in emphy-*  
culturamque recipiunt ( §. XXI. 1. ) *teusim*  
consequens est in emphyteusim dari *dari pos-*  
*funt.*  
posse 1. res immobiles sive prædia, ruf-  
tica, sive urbana sint, velut ædes, aut  
solum, ut ipsæ fiant Nov. 7. c. 3. §.  
2. Ord. lib. 4. tit. 37. pr. tit. 38. pr. tit.  
40. Leg. lat. die 4. Quintilis anno 1776.  
(a) 2.

(a) : 2. prædia culta æqualiter , ac in-  
cultu *Auctb.* Perpetua. *Cod. de Sacros.*  
*Eccles. Ord. lib. 4. tit. 37. pr.* (b) : 3.  
res, quæ solo cohærent, etiam solo non  
comprehenso : 4. nihil interesse an se-  
culares fint, an ecclesiasticæ *Nov.* 120.  
c. 1. pr. §. 1. & 2. c. 6. §. 1. & 2. *Leg.*  
*lat.* die 4. *Quinætilis anno 1768* & 12  
*Maii anno 1769.* (c) : & 5. an publicæ ,  
an privatæ , an universitatis.

### §. XXIII.

*Quæ non*, CUMQUE dari nequeant , quæ utile  
ob inad- dominium , culturamque non recipiunt  
missum ( §. XXI. 2.) sequitur emphyteusim  
domini- constitui non posse 1. rebus mobilibus:  
um utile, 2. incorporalibus, velut juribus , actio-  
ac cultu- ram. nibus ;

(a) Iste vero non aliter , quam si canon  
in pecunia numerata , aut avibus confistat  
*Ord. lib. 4. tit. 40.*

(b) Modo inulta non ea pensione in em-  
phyteusim concedantur, quæ locari solebant  
*Leg. lat. die 4. Quinætilis anno 1766.*

(c) Modo in ecclesiasticis scriptura inter-  
veniat *Ord. lib. 4. tit. 19. pr.* , & causa , ac  
folemnitates adsint, quas Jus Canonicum re-  
quirit *Can. 52. Caus. 12. Quæst. 2. Extra-  
vag. Ambitiosæ de rebus Ecclesiæ non alienan-  
dis.*

nibus : 3. annuis redditibus , & similibus pensionib⁹ pecuniariis, licet perpetuae sint.

## §. XXIV.

CUMQUE etiam emphyteufis mini- *Quæ non,*  
me constituantur rebus, quæ alienari ne- *ob defe-*  
queunt ( §. XXI. 2. ) evidens est 4. em- *cium ali-*  
phyteufism⁹ non admittere bona Regiae *enationis,*  
Coronæ, nisi a Principe, vel de ejus licen-  
tia in emphyteufism⁹ concedantur *Ord.*  
*lib. 2. tit. 35. §. 25. lib. 4. tit. 41.* ( qui-  
bus non obstant *Ord. lib. 1. tit. 9. §. 4.*  
*lib. 2. tit. 35. §. 7.* & *lib. 4. tit. 36. §.*  
6. ) 5. bona majoratus *Ord. lib. 4. tit.*  
*41. arg. Reginm. dos Desembargadores do*  
*Paço §. 39. (a)*

## §. XXV.


Nec etiam 6. bona Capellæ (b), aut *Aliæ e-*

*Præ- jusdem*  
*naturæ*

(a) Nisi facultas Principis , aut instituto-  
ris accesserit , aut bona in emphyteufism⁹ dari  
consueta fuerint , & comisso , aut alia causa  
consolidata sint *arg. Leg. lat. die 7. Februarii*  
*anno 1772. §. 5.*

(b) Nisi facultas ad id concedatur, ut sua-  
det ipsa *Ord. lib. 4. tit. 41.* : hoc vero casu  
quomodo emphyteufis constituenda , refert  
*Ord. lib. 1. tit. 62. §. 46.*

Præceptoriae Ord. lib. 4. tit. 41. (a) :  
 7. dotalia arg. Regim. dos Desembargadores do Paço §. 40.: 8. in emphyteusim  
 concessa Ord. lib. 4. tit. 38. pr. : (b) 9. litigiosa Ord. lib. 3. tit. 86. §. 16. lib. 4.  
 tit. 10.: 10. pupillorum Ord. lib. 1. tit.  
 88. §. 26.: 11. damnati post latam sententiam, quæ nondum exequuta est  
 Ord. lib. 3. tit. 84. §. ult.: & 12. quæcumque alia alienari prohibita.



## CAPUT IV.

*Qui Emphyteusim accipere, concedereque possunt.*

## § XXVI.

*Axioma-* **C**UM emphyteuta rei dominium utilie acquirat, quod in ipsum dominus rei transfert, canonemque solvere

(a) Vid. Leg. lat. die 7. Februarii anno 1772.

(b) Possunt vero hujusmodi res in emphyteusim concedi, si dominus directus consentiat, quo casu emphyteusis vulgo *Prazo de Prazo*, & qui emphyteusim accepit, *Subemphyteuta* nominatur.

vere obligetur (§. VI. 1. 4.) patet I.  
eum tantummodo emphyteusim acci-  
pere posse, cui rerum dominium acqui-  
rere, seque obligare licet: II. emphy-  
teusi mnonnisi ab illo recte constitui,  
qui res in alium transferre potest, ca-  
nonem acquirere, dominiumque dire-  
ctum retinere.

## §. XXVII.

Ex primo axiomate (§. XXVI. 1.) *Quibus evidens est posse emphyteusim accipere* 1. tam masculos, quam foeminas *emphy-*  
*teusis cō-*  
*Nov. 7. c.3. Ord. lib.4: tit.36, §. 2. : 2. patresfamilias æqualiter ac filiosfamilias* *cedi pos-*  
*Ord. lib. 1. tit. 88. §. 6. lib. 4. tit. 97. §.* *tit.*  
*19. : 3. laicos, & clericos Ord. lib. 2.* *tit.*  
*tit. 18. §. 5. : 4. majores, ac minores L.* *tit.*  
*101. ff. de verb. oblig. L. 43. ff. de oblig.* *& actionib. arg. Ord. lib. 4. tit. 87. §. 3.*  
*modo, si impuberes fint, accedat tuto-*  
*rum auctoritas pr. Inst. de auctorit. tu-*  
*tor. aut parentum L. 18. §. fin. Cod. de*  
*jur. deliber.: 5. mutos, fūrdos, cæcos,*  
*furiosos, (a) ac prodigos arg. l. 4. ff. de*

B

ad-

(a) Modo curator accedat, cum isti nul-  
lum habeant animi judicium, ut verbis u-  
tar L. 5. ff. de Reg. Jur.

*adquir. vel ammitt. hær.: 6. advenas non  
minus quam cives.*

§. XXVIII.

*Quibus non posset.* Nec minus ex eodem axiomate (§. XXVI. 1.) sequitur, emphyteusim concedi non posse 1. Ecclesiis, aliisque ecclesiasticis cætibus *Ord. lib. 2. tit. 18. §. 1. juncta Ord. lib. 2. tit. 33. §. 9. arg. Leg. lat. die 4. Quintilis anno 1768. & dte 12. Maii anno 1769.:* 2. Personis quibuscumque ecclesiasticis in fundis matrimonialibus Principis vulgo *Reguengos Ord. lib. 2. tit. 16. juncta Ord. lib. 2. tit. 33. §. 9.:* 3. Præfidibus Provinciarum, aliisque temporariis Magistratibus, eorumque officialibus intra suæ jurisdictionis limites *Ord. lib. 2. tit. 26. §. 26. lib. 4. tit. 15. pr. (a): nec etiam 4. perpetuis Magistratibus, ac Officialibus Leg. lat. die 10. Januarii anno 1678. (b): 5. excommunicatis Cap. pen. & de sent. excom., ac usurariis manifestis Cap. 1. de*

(a) De Judice Orborum, ejusque scriba specialiter idem sanxit *Ord. lib. 1. tit. 88. §. 30.*

(b) Quæ extat Collect. 1. n. 2. ad *Ord. lib. 2. tit. 63.*

*de usuris in 6., si de emphyteusi ecclesiastica quæstio sit.*


## §. XXIX.

Ex altero axiomate ( §. XXVI. 2. ) *Qui con-*  
*deducitur emphyteusim constituere pos-* *cedant.*  
 se 1. secularem , ac ecclesiasticum : 2.  
 masculum , ac fœminam : 3. advenam ,  
 & civem : 4. privatum , ac populum :  
 etiam 5. Principem ( §. XXIV. 4. ) :  
 ac 6. collegia , cœtusque ecclesiasticos  
 ( §. XXII. 4. )

## §. XXX.

Non vero 7. minorem fine judicis *Qui non*  
*auctoritate , licet ætatis veniam fuisset*  
*consequutus , aut nuptias contraxisset*  
*Ord. lib. 1. tit. 88. §. 28. lib. 3. tit. 42. §. 2. 2*  
*nec 8. virum fine uxoris consensu Ord.*  
*lib. 4. tit. 48. : 9. mulierem , quæ quin-*  
*quegenaria nupsit , cum filios haberet ,*  
*in duabus partibus bonorum , quæ ab af-*  
*cententibus vel descendantibus accepit*  
*Ord. lib. 4. tit. 105. : 10. damnatum mor-*  
*tis naturalis , ac civilis , bonorumque*  
*publicationis Ord. lib. 2. tit. 16. tit. 26.*  
*§. 28. & 29. lib. 4. tit. 81. §. 6. : ac 11.*  
*etiam civiliter damnatum ante senten-*

tiæ executionem Ord. lib. 4. tit. 84. §.  
ult. (§. XXV. 11.) 12. reum, qui crimi-  
ne perpetrato aufugit juxta Ord. lib. 5.  
tit. 127. §. 11. : 13. quoslibet alios res  
suas alienare prohibitos.



## C A P U T V.

*Quibus modis Emphyteusis constituatur,  
& acquiratur.*

## §. XXXI.

*Quomodo Emphyteusis acquiratur.* **E**MPHYTEUSIS aut nova , aut vetus est (§. XX.): utraque suo modo acquiritur. Evidem nova conventione , testamento , & præscriptione constituitur ; vetus alienatione , successione , nominatione , aut renovatione acquiritur: verum hoc capite tantum de nova emphyteusi constituenda , & acquirenda.

## §. XXXII.

*Nova I* Nova emphyteusis conventione cōf-  
conventi- tituitur (§. XXXI. ) nec mirum , cum  
one , & dominium præbeat jus de re disponen-  
traditio- di (§. I. 1.), nihilque sit naturæ conve-  
ne. nien-

nientius, quam voluntatem domini rem suam in aliud vel in totum, vel pro parte transferre volentis ratam habere. Sed ut acquiratur traditione opus est; cum non pactis, sed traditione rerum dominium transferatur. L. 20 Cod. de pact. Ord. lib. 4. tit. 7. Ergo emphyteufis non aliter conventione acquiritur, quam interveniente causa, & modo.

§. 39

## §. XXXIII.

CAUSA, qua emphyteufis conventione acquiritur est ipsa conventio, quæ cum ad Zenonis tempora inter emptionem, & venditionem, locationem, ac conductionem fluctuaret, tandem ab isto Imperatore contractus propriam naturam accepit L. 1. Cod. de Jur. emphyt. qui contractus emphyteuseos Ord. lib. 4. tit. 19. pr., contractus emphyteuticarius L. 2. Cod. de Jur. emphyt. Ord. lib. 2. tit. 33. §. 9., aliquando simpliciter emphyteufis nominatur L. 3. Cod. de Jur. emphyt. (a)

## §. XXXIV.

---

(a) Nostris legibus hic contractus etiam simpliciter dicitur *Afforamento*. Ord. lib. 3. tit. 59. pr. & crebro.

## §. XXXIV.

*Quid sit  
emphy-  
teuseos  
contra-  
ctus.*

EST ergo emphyteufis hoc sensu contractus consensualis, nominatus, bilateralis de dominio utili rei alicui in perpetuum, vel non modicum tempus concedendo ea lege ut eam ipse colat, canonemque annum in recognitionem dominii solvat §. 3. *Inst. locati. L. 1. Cod. de Jur. emphyt.* Unde patet I. emphyteuseos contractum esse consensualem: II. illius substantiam exigere, ut dominium utile promittatur pro annuo canone in recognitionem dominii præstando: III. ex eo duplicem obligationem oriri, aliam ad dominium utile tradendum, aliam ad canonem solvendum, & rem colendam.

## §. XXXV.

*Illus na-  
tura.*

CUM hic contractus consensualis fit (§. XXXV. 1.) patet 1. sine consensu nullum esse: 2. perfici simul ac pacifcentes in dominio utili transferendo, canonemque solvendo consentiunt: ac proinde 3. ex eo tempore locum non esse pœnitentiæ arg. *Ord. lib. 4. tit. 2. pt. 4.* scripturam non aliter requirere quam proba-

probationis causa (a) L. 1. Cod. de  
Jur. emphyt. Ord. lib. 3. tit. 59. pr. lib.  
4. tit. 19: 5. esse bonæ fidei, ac ideo 6.  
pacta, quæ ipsi adjiciuntur sanctissime  
servanda nisi naturæ contractus adver-  
sentur L. 3. Cod. de Jur. emphyt. §.  
3. Inst. de locat. Ord. lib. 4. tit. 38. pr.

## §. XXXVI.

Ex eodem principio Sequitur 7. em- *Qui il-*  
phyteuseos contractum inire posse, qui *lum con-*  
*sentire queunt, ac ideo 8. inutiliter trahere*  
*contrahi ab infante, furioso, & simili- possunt.*  
Cætera, quæ hic iterum exponen-  
da erant, vide §. XXVI. seq.

## §. XXXVII.

CUMQUE emphyteuseos substantia *Quæ su-*  
dominio utili pro annuo canone pro- *bstantia*  
missa consistat (§. XXXIV. II.) appareat emphy-  
t. hunc contractum subsistere non pos- teuseos.  
se deficiente dominii utilis promissione,  
annuoque canone, ac ideo 2. illius natu-  
ræ adversari quæcumque adjecta pacta  
aliquam ex ipsis rebus a contractu se-  
gre-

---

(a) Excepta emphyteusi ecclesiastica  
Ord. lib. 4. tit. 19.

gregantia: 3. illum differre ab emptione, ac venditione, locatione, ac conductione, feudo, aliisque affinibus contractibus.

### §. XXXVIII.

*Obliga-*  
*tiones in-*  
*de pro-*  
*fluentes.*

CUMQUE etiam constet duplēcēm obligationem ex contractū emphyteuseos oriri, aliam ad dominium utile tradendum, aliam ad canonem solvendum, & rem colendam (§. XXXIV.3) evidens est 1. dominū obstringi ad dominium utile tradendum: 2. emphyteutam ad canonem solvendum, & alia contractū comprehensa præstanta: 3. utramque obligationem esse personalem, ac directam.

### §. XXXIX.

*De tra-*  
*ditione.*

ITA emphyteusi constituta, traditione acquiritur (§. XXXII.): unde 1. ante traditionem dominium utile retinet dominus: 2. emphyteuta nihil aliud consequitur, quam personalem actionem ex contractū ad rei traditionem postulandam: 3. si rem dominus alii tradiderit, dominium iste consequitur arg. Ord. lib. 4. tit. 2. pr.: 4. contractū traditione consummato tunc ab emphyteuta domi-

dominium utile, a domino sibi competentia jura acquiruntur.

### §. XXXX.

QUONIAM liberum est omnibus juxta leges rerum suarum dominium ultima voluntate in alios transferre, nulla ratio prohibere potest, quominus sit etiam liberum dominium utile alicui relinquere, quod minus dominio est, ac ita emphyteusim ultima voluntate constitueretur. *arg. §. ult. Inst. de servitut. §. I. Inst. de usufruct. L. 26. ff. de pignorat. action. L. pen. Cod. de usufruct. Ord. lib. 4. tit. 98. §. 4. (a)*

### §. XXXXI.

CUM vero hujusmodi emphyteufis *A quibus ultima voluntate constituantur* (*§. XX-XXI*) appareat *1. ab illis tantum constituti, qui ultima voluntate de rebus suis disponitam*, *ita constituti, & acquiriri potest.*

(a) Id pluribus modis contingere potest:  
1. si alicui dominium utile legatum fuerit, directo penes haeredem retento: 2. si haeredi utile dominium concessum, alteri directum: 3. si alii dominium utile, alii directum legatum.

disponere possunt, ac 2. ab illis acquiri,  
quibus ex ultima voluntate aliquid capere permititur (a)

### §. XXXII.


*Et III. Præscriptione etiam emphyteufis acquiritur (§. XXXI.) cum ex diuturno usu, ac tempore tacite voluntas domini, ac emphyteutæ inotescat, quæ non minus valet, quam expressa, qua emphyteusis conventione constituitur (§. XXXII.). Quoties ergo 1. quis a non domino emphyteufism accipit, diuque possedit canonem solvens: aut 2. acquisivit possessionem rei, eamque domino paciente, & admittente, ut emphyteuticam longo tempore retinuit; aut etiam 3. cum re vera plenus dominus esset alteri acceptanti per longum tempus canonem pependit, est emphyteusis*

---

(a) *Obf.* Emphyteufism legatam non statim a morte testatoris acquiri, ut cæteris legatis contigit, sed expressa declaratione legatarii opus esse, cum simile legatum tacitam habeat conditionem, si voluerit canonem solvere, nemoque invitus obligetur.

Vid. Anal. de  
Tesi. p. 39

teusis constituta arg. Ord. lib. 4. tit. 3.  
pr. & §. 1. (a).



## C A P U T VI.

*De Juribus domini directi, & emphyteu-  
tæ, nec non utrinque obligationibus.*

## §. XXXXIII.

**R**ATI<sup>n</sup>E dominii directi, quod do- *Jura domini directi.*  
minus in re emphyteutica retinet  
ipſi pertinet 1. Jus annuæ pensionis in  
dominii recognitionem præstandæ (§.  
VI. 4.) juxta contractus legem (§. XX-  
XV. 6.): 2. Jus auctoritate sua firman-  
di alienationem rei emphyteuticæ, quæ  
in illius concessione non continetur *Ord.*  
*lib. 4. tit. 38. pr.: 3. Jus περιμοσεως in*  
venditione, ac permutatione emphyteu-  
ſeos *L. ult. Cod. de Fur. emphyt. Ord.*  
*lib. 1. tit. 62. §. 48. lib. 4. tit. 11. §. 3.*  
*tit 38. pr.: 4. Jus laudemii L. ult. Cod.*

*de*


---

(a) Hic vero omnia præscriptionis requi-  
fita concurrere debent, posſeffioque decem  
annorum inter præfentes, & viginti inter ab-  
fentes ob *Ord. lib. 4. tit. 3. §. 1.*

*de Jur. emphyt. Ord. lib. 1. tit. 62. §. 48. lib. 4. tit. 38. pr.: 5. Jus consolida-  
tionis commissio ( §. LXXXVII.), aut  
devolutione ( §. LXXXVI.): 6. Jus re-  
novationis ( §. XCV.).*

### §. XXXXIV.

*I. Jus  
annuae  
pensionis.*

*Illius  
natura.*

Cum pensio solvenda sit in recogni-  
tionem dominii juxta contractus legem  
( §. XXXIII. 1.) sequitur 1. eam con-  
sistere posse in pecunia, avibus, & a-  
lia quacumque specie, etiam aliqua par-  
te fructuum Ord. lib. 4. tit. 39. pr. tit.  
45. §. 2. & 3. tit. 40. (a) 2. nihil inter-  
esse, an parva, an magna sit, modo fru-  
ctus, quibus res locari solebat, non exæ-  
quet Leg. lat. die 4. Quinctilis anno  
1776, aut læsionem includat, ob rescisi-  
onem, quæ tunc locum habet Ord. lib.  
4. tit. 13. §. 6.

### §. XXXXV.

*Ac solu-  
tionismo-  
dus.*

Ex eodem principio patet 3. cano-  
nem solvendum modo, ac tempore con-  
vento;

---

(a) Excepto canone pro domibus in em-  
phyteusim concessis, qui pecunia, aut avi-  
bus consistere debet Ord. lib. 4. tit. 40.

vento; si nihil conventum ex consuetudine regionis , & qualitate redditus id definiendum (a): & quidem 4. pendendum quotannis, ita ut dominus nullo modo obligetur pensiones antea conjunctim oblatas recipere: 5. nihil ex ipso remittendum ob sterilitatem, hostium incursum , inundationem , vel alium casum , qui rei usum impedit , nisi tota res perierit *L. 1. Cod. de Jur. emphyt.*  
*§. 3. Inf. de locat:* 6. Emphyteutae non esse liberum rem derelinquere , ut ita canonis solutionem fugiat *L. pen. Cod. de Jur. emphyt. Ord. lib. 4. tit. 39. pr.*

§. XLVI.

---

(a) Ergo mensura conventa utendum , ac ideo cum in instrumento emphyteuseos est pensionem solvendam pela medida velha , illa emphyteuta uti debet. *Medida velha* est qua utebatur temporibus EMMANUELIS REGIS Conimbricæ , ac Præsidii Julii , & maior est mensura a SEBASTIANO REGE constituta *Leg. lat. anno 1575 Vid. Ord. lib. 2. tit. 33. §. 1. juncta Ord. Emman. L. 2. tit. 16. §. 1.*

*Obs.* Si cum alternativa pensio fuerit imposta , velut in hunc modum *hua galinha , ou seis vintens por ella electionem esse domini , ne quod in illius favorem proditum est , ipsi noceat.*

V. Grábie dos Fer  
pg. 57

## §. XLVI.

*Canonis obligatio qualis sit.* NEC minus inde sequitur 7. canonis obligationem esse omnino personalem, ac ideo pro ipsa tacitam hypothecam in emphyteusi constitutam dici non posse: 8. successorem emphyteuseos nullatenus obstringi, ut pensiones ab antecessore non solutas domino praestet.

## §. XLVII.

*II. Jus alienationes firmandi.* DOMINO etiam pertinet jus sua auctoritate firmandi rei emphyteuticæ alienationem (§. XLIII. 2.) quod jus illi pertinet 1. quacumque alienatione voluntaria, non vero necessaria judicis decreto facta *Ord. lib. 3. tit. 93. §. 3. lib. 4. tit. 38. pr.* Unde 2. domini consensus intervenire debet venditione, permutatione, in solutum datione, transactione, si emphyteufis alienetur, donatione, dotis datione, (a) & alia quacumque alienatione tam inter vivos, quam mortis causa *Ord. lib. 4. tit. 38. pr.* Non vero 3. in venditione sub hasta facta *Ord. lib.*

---

(a) Excipienda donatio, ac dos emphyteuseos nominationis ut ex *Ord. lib. 4. tit. 37. §. 2.* patet.

*hb. 3. tit. 93. §. 3:* multoque minus 4.  
ea , quæ necessitatis , aut utilitatis pu-  
blicæ causa fit, ut opus publicum con-  
truitur: nec etiam 5. si pluribus succe-  
foribus extantibus , uni emphyteufis ad-  
scribatur , ne divisa sit *Ord. lib. 4. tit.*  
*36. §. 2. tit. 96 §. 24.*

## §. XLVIII.

AUCTORITAS illa expresse, vel taci- *Quomo-*  
te præstari potest, & 1. expresse si ver- *do au<sup>t</sup>to-*  
bis , litteris , aut quolibet signo , quod *ritas*  
voluntatem ostendat, alienationi domi- *præstetur*  
nus consentiat: 2. tacite, si ex factis il-  
lius consensus eruitur, velut si alienati-  
onem cognoscens, non repugnat, pen-  
sionesque in futurum a novo emphy-  
teuta exigit, aut recipit; ac etiam 3. si  
facta illi denunciatione intra triginta  
dies nec consenserit expresse, nec re-  
pugnaverit *Ord. lib. 4. tit. 38. pr.*

## §. XLIX.

RE sine domini consensu alienata 1. *Quid si*  
alienatio nulla erit, & 2. in commissum *rei incô-*  
cadit emphyteuta, si suo jure dominus *sulto do-*  
uti voluerit , alioquin illum cogere po- *mino ali-*  
test, ut emphyteufim iterum acquirat, *enatio fi-*  
*& at.*

& canonis solutione perseveret *L. ult.*  
*Cod. de Jur. emphyt. Ord. lib. 4. tit.*  
*38. §. 1.*

§. L.

*III. Jus* *CUM dominus habeat jus περιμητρίου σεως* in venditione, ac permutatione emphyteuseos (*§. XLIII. 3.*) sequitur 1. ipsi venditionem, ac permutationem nuntiandam, simulque pretium, ac rem, quæ in ea intervenit, ut dominus eligat, an suo jure uti debeat *L. 3. Cod. de Jur. emphyt. Ord. lib. 4. tit. 38. §. 1.* 2. idem juris esse, licet venditio necessaria judicis auctoritate facta sit *Ord. lib. 3. tit. 93. §. 3. lib. 4. tit. 38. pr.*: ac etiam 3. in venditione rei subemphyteuticæ: non vero 4. in donatione, ac dotis datione *Ord. lib. 4. tit. 38. pr. (a)*

§. LI.

*Quo ca-*  
*su jus*  
*περιμητρίου σεως*  
*cessat.*

*CUM id jus domini beneficio intro-*  
*ductum*

(a) Nisi ipsa talis sit, quæ potius venditio, ac permutation, quam donatio dici debeat, qualis est 1. remuneratoria, 2. mutua, 3. ob causam, 4. tot oneribus gravata, ut hæc dimidium valoris rei emphyteuticæ excedant.

ductum sit, ac invito beneficium conferri nequeat, sequitur. 1. dominum isto jure cedere posse *Ord. lib. 4. tit. 38. pr.: 2.* si facta illi denuntiatione statim exprefserit se emphyteufim nolle, liberum esse emphyteutæ alii eam tradere *Ord. lib. 4. tit. 38. pr.: 3.* si nihil exprefserit intra triginta dies, aut pretium non solverit, suo jure cadere *Ord. lib. 4. tit. 38. pr.: 4.* hoc jure in favorem tertii uti non posse.

## §. LII.

Jus laudemii domino pertinet (*§. IV. Jus XLIII. 4.*); laudemium vero est quantitas quæ domino solvitur ob alienationem, in quam ipse consensit jure *προμητεως* neglecto. (*a*) Ex qua definitione patet 1. laudemium domino solven-

C dum

*Obſ.* Que hactenus scripsimus emphyteufim secularem tantum respiciunt, non ecclesiasticam, cuius respectu jus *προτιμητεως* cessat. *Leg. lat. die 4.*  
*Quincilis anno 1768.*

(*a*) Hæc quantitas paetis definienda, si vero nihil conventum, quadragesima parte pretii consistet *Ord. lib. 4. tit. 38. pr.*, quæ ideo quarentena vulgo dicitur.

*Cui, &  
a quo de-  
beatur.*

dum *Ord. lib. 4. tit. 38. pr.*: ac proinde  
2. alicui usufructu proprietatis rei em-  
phyteuticæ concessio non ipfi, sed pro-  
prietario laudemium deberi: 3. non  
emphyteutæ ex rei subemphyteuticæ  
alienatione, sed domino præstandum:  
4. a venditore esse solvendum *Ord. lib.*  
*1. tit. 68. §. 42. lib. 4. tit. 38. pr.*

## §. LIII.

*Quibus  
casibus.*

DEINDE cum laudemium debeatur  
ob translationem dominii, cui dominus  
consensit jure προτιμησεως neglecto (§.  
LI.) patet 1. illud deberi ex quacum-  
que alienatione, excepta donatione, ac  
dotis datione (§. XLIX. n. a): ac etiam  
2. ex venditione necessaria *Ord. lib. 3. tit.*  
*93. §. 3:* 3. bis laudemium deberi si con-  
fūmata alienatione, eam novo pacto ref-  
cinderint contrahentes: 4. solvendum  
etiam si venditioni pactum de retro-  
vendendo accesserit; isto vero casu no-  
vum laudemium non debetur.

V. Analyse  
Teres p. 67

## §. LIV.

*Quando  
cessat.*

Ex eodem principio evidens est 1.  
laudemium non deberi, si dominus em-  
phyteusim jute προτιμησεως acceperit *Ord.*  
*lib.*

*lib. 4. iit. 38.pr. (a): aut 2. si res em-  
pta, aut pretium non solutum, nec fides  
de eo habita arg. Ord. lib. 4. tit. 5. §. 1:  
3. si traditio sequuta non fuit L. 20. Cod.  
de paet. Ord. lib. 4. tit. 7: 4. ex vendi-  
tione, aut alienatione, quæ nullā fuit,  
aut rescindenda remedio L. 2. Cod. de  
rescind. vendit. & Ord. lib. 4. tit. 15.:  
5. ex locatione licet ad longum tempus  
facta arg. Leg. lat. die 3. Novembris an-  
no 1757.*

## §. LV.

QUONIAM devolutioni, commisso, ac *Jura emi*  
renovationi alias locus est (§. XLIII. 5. *phyteutæ*  
6.) jura emphyteutæ sequuntur: cum *quoad rei*  
que ipse dominium utile acquirat (§. VI. *fructus,*  
1.) evidens est illi omnem rei utilita-  
tem pertinere, ac ideo fructibus, vena-  
tione, pescatione uti posse L. 1. Cod. de  
*Jur. emphyt.* §. 3. *Inst. de Locat.:* 2.  
thesaurum, augmentum alluvionis, im-  
molumentumque insulæ ante prædium  
emphyteuticum natæ lucrari L. 9. §. 4.  
*ff. de usufruct.* L. 62. *ff. eod.:* 3. remvin-  
C 2 dica-

(a) Vide *Ord. lib. 1. tit. 62. §. 48*, quæ  
nunc usum habere nequit ob *Leg. lat. die 4.  
Quinctilis anno 1768* & *die 12 Maii anno  
1769*

dicare posse ab ipso domino *L. ult. ff. 50*  
*ager velligal.*: 4. fundi faciem immuta-  
 re posse, modo ipsum non reddat dete-  
 riorem *Auth.* Qui rem. *Cod. de Sacros.*  
*Eccles.* (a)

## §. LVI.

*Quoad transla-*  
*tionem.* Ex eodem principio (§. LV.) se-  
 quitur 5. emphyteutæ jus esse vendendi,  
 donandi, aliove titulo alienandi emphy-  
 teufim, si dominus consentiat (b) (§.  
 LV. Obs. in fin.): 6. in emphyteusi no-  
 mina-

*Vid. Analysa  
teses pg 80*

(a) Hac de causa non potest metalli fo-  
 dinas, vel lapidicinas aperire lapidum haud  
 renascentium, nisi dominus directus illas  
 antea instituisset.

*Obs.* Ex eodem principio emphyteutam non  
 posse rem oppignorare, aut illi servi-  
 tum imponere, multoque minus eam  
 vendere, donare, aut alio titulo alie-  
 nare, præterquamquod dominus con-  
 sentiat. *L. ult. Cod. de Jur. emphyt.*  
*Ord. lib. 4. tit. 38.*

(b) Si minor fuerit, curator accedere de-  
 bet, sique illum non habuerit, a judice pe-  
 tendus juxta *Ord. lib. 3. tit. 41. §. 2.*

*Obs.* Hoc casu si dominus in personam  
 certam consentiat, illi tantum emphy-  
 teutam jus suum tradere posse: si ge-  
 neræ

minationis successorem nominandi *Ord. lib. 4. tit. 36*: 7. transmittendi ad hæredes, quæ hæreditaria est *Ord. lib. 4. tit. 36. §. 7.* &c ad descendentes, quæ familiaris fuerit. *Ord. lib. 4. tit. 37. §. 6.*

## §. LVII.

**E**x dictis cognoscuntur domini directi obligationes: tantummodo enim obstringitur emphyteutæ sui juris usum non impedire, totiusque rei periculum sustinere *L. 1. Cod. de Jure emphyt. §. 3.*


*Inst. de locat.* At emphyteuta cum habeat dominium utile (*§. VI. 1.*) tenetur i. impensas ad culturam, refectionem, aliaque familia necessarias ferre *L. ult. Cod. de Jure emphyt.: 2. omnia onera rei inhærentia sustinere;* ac ideo 3. tributa Fisco solvere, & apochas fiscales, quibus tributa Fisco soluta probari possit, domino præbere *L. 2. Cod.*

*de*


---

neraliter facultatem indulxit, tunc emphyteusim cuilibet vendere licere, modo persona capax sit, qualis non est i. quæ aliquod detrimentum domino afferre potest, velut potentior, aut pauper: 2. omnis, quæ emphyteusim acquirere nequit (*§. XXVIII.*)

*de Jur. emphyt.: 4. emphyteusim non alienare sine consensu uxoris Ord. lib. 4. tit. 48. §. 8. : 5. particulare damnum ferre, etiam si majorem fundi partem calamitas absorpscerit L. 1. Cod. de Jnr. emphyt.: ac 6. pati, quod pro suis obligationibus, ac debitis emphyteufis subhaftetur Ord. lib. 3. tit. 93. §. 3.*



## CAPUT VII.

*De successione Emphyteuseos.*

## §. LVIII.

*Quæ em-  
phyteufis  
succes-  
sio-  
ne acqui-  
ritur.* **V**ETUS emphyteufis acquiritur etiam successione (§. XXXI.) sed proprie tantummodo, quæ est hæreditaria, aut familiaris: cum vero non idem in utraque succedendi modus sequatur, successionem emphyteuseos hereditariæ (§. LIX.), postea familiaris (§. LXVII.) attingemus.

## §. LIX.

---

*Obs.* Aliam esse emphyteuseos successionem, quæ contigit venditione, donatione, aut alia quacumque alienatione juxta dicta

## §. LIX.

CUM emphyteufis hæreditaria dica- *De em-*  
 tur, quæ alicui & hæredibus , au fuc- *phyteufi*  
 cessoribus conceditur ( §. XVI. ) evi- *hæredi-*  
 dens est I. in eam succedere, qui hære- *taria. A-*  
 des sunt: II. hæreditatis naturam sequi,  
 ac ideo successione acquiri eodem mo-  
 do , ac hæreditas. *xiomata.*

## §. LX.

Cum in emphyteusim hereditariam *Qui in*  
 succedant, qui hæredes sunt (§.LIX.1.) *eam suc-*  
 patet 1.in eam succedere hæredes quos-  
*cedant.* *cum-*

dicta ( §. LVI. 5.). Illius vero causa  
 nihil aliud monendum supereft, nisi  
 quod. 1. servanda quæcumque pacta  
 translationis contractui adjecta *Ord.*  
*hb. 4. tit. 38. §.4.: 2. quod emptor,*  
 si nominationis fuerit emphyteufis,  
 nominare potest , qui in eam succe-  
 dat, etiam si venditoris vita mortuus  
 fuerit *Ord. lib. 4. tit. 38. §. 3,* nul-  
 loque expresse, aut tacite nominat  
 aut a concedente vocato existente,em-  
 phyteusim ad dominum , numquam  
 ad venditorem reverti: 3. emptorem e-  
 amdem vitam, aut personam continu-  
 are, qua erat venditor. (§.XV.Obl.2.)

cumque tam testamentarios, quam legitimos, extraneos, & cognatos, masculos, & feminas, etiam filios naturales, multoque magis legitimatos, cum utriusque hæredes fuerint *Ord. lib. 4. tit. 36.* §. ult.: 2. omnes, qui hæredes sunt, sive unus, sive plures sint *Ord. ibid. & tit. 96. §. 23:* 3. non sufficere primo emphyteutæ hæredem extitisse, sed necesse sum esse ultimo possessori in hæreditatem succedere *Ord. lib. 4. tit. 96. §. 23:* 4. hæredem eam capere posse, licet nulla alia bona hæreditaria defunctus emphyteuta habeat: 5. dividendam inter conjugem superstitem, & hæredes mortui, si matrimonium contractum per *carta de ametade;* si aliter, prout contractum fuerit. *Ord. lib. 4. tit. 96. §. 24. (a)*

### §. LXI.

*Qui non*      *Nec minus inde sequitur 6. in eam*  
*succe-*      *non succedere legatarium, re certa ins-*  
*dant.*      *titutum, filiumqne exhaeredatum juxta*  
*Ord.*

(a) Verum dividenda, ut dicemus (§. LXII.n.a.), hac differentia, quod si conjux superstes illam jam ante contractum matrimonium habebat, ipsi adjudicanda *Ord. lib. 4. tit. 96. §. 24.*

*Ord. lib. 4. tit. 88.: 7. eum qui se ab  
hæreditate abstinet , aut eam repudiat :  
8. nullo hærede existente ad dominum —  
reverti arg. Ord. lib. 2. tit. 1. §. 6.*

## §. LXII.

CUM eodem modo successione ac- *Quomo-*  
quiratur , ac hæreditas ( §. LIX. 2.) e- *do succe-*  
videns est i.testamentarios hæredes legi- *datur.*  
timis præferri : 2. si unus fuerit hæres ,  
omnem emphyteusim acquirere: si plu-  
res , inter omnes dividi *Ord. lib. 4. tit.*  
*96. §. 23. ( a )*: & quidem 3.non æqua-  
liter , sed pro portionibus hæreditariis  
*Ord. lib. 4. tit. 96. §.23:* 4. in ea locum  
esse representacioni.

## §. LXIII.

( a ) Non physe, seu, ut ajunt, per gle-  
bas: fed uni tantummodo adjudicari debet ,  
in sua portione , si æqualitatem aliarum non  
excedat , & si excesserit , satisfaciet aliis co-  
hæredibus partem , quæ illis in æstimatione  
competit. *Ord.lib.4. tit. 96. §. 23. Leg.lat.  
die 9. Martii anno 1669. (§. VI. 6.)*: sed cui  
ex hæredibus adjudicanda docet *Ord. ibid.*  
ei adscribendam, qui pro se cohæredum suf-  
fragia habuerit. At si cohæredes non conve-  
gerint: vendenda emphyteusis , & prætium  
inter

## §. LXIII.

*Succes-  
sione-  
ra.* Et quidem inde sequitur 5. imme-  
diate ab ultimo postfessore accipi; ac i-  
deo 6. comprehendi fideicomisso uni-  
versali: 7. teneri successeorem defuncti  
debita solvere: 8. si aliquis ex hæredi-  
bus, inter quos locum habet collatio,  
eam titulo lucrative a defuncto acce-  
perat, conferre debere, cum hæredita-  
tem postulat. *Ord. lib. 4. tit. 36. §. ult.  
junct. tit. 97. §. 17.*

## §. LXIV.

*Quid in  
ea em-  
phyteuta  
posset cir-  
casucces-  
sorem.* INDE patet etiam 9. emphyteutam  
in ea non magis præjudicare posse legi-  
timo hæredi, quam in aliis rebus hære-  
ditariis: ac 10. non posse uni hæredi eam  
relinquere altero excluso *Ord. lib. 4. tit.  
36. §. ult. tit. 96. §. 24.*

## §. LXV.

---

inter cohæredes dividendum *Ord. ibid.* Si ni-  
hil harum rerum fecerint intra sex menses,  
ad dominum emphyteusis transit, si jure suo  
uti voluerit *Ord. ibid.*

## §. LXV.

Si hæreditaria emphyteufis est mixta, eadem prorsus regulæ servandæ, nisi quod in eam ille tantum hæres succedit, qui habet qualitatem in concefione emphyteuseos memoratam. Ideo 1. si emphyteufis concessa fuerit hæredibus descendantibus, tantum, qui ex familia fuerint, succedunt: nullo vero hærede existente ex familia ipsa, ad dominum reddit: 2. si concessa fuerit alii cui, & hæredibus masculis, masculus ex hæredibus, exclusa fœmina, illam consequitur, nulloque masculo existente hærede devolvitur emphyteufis.

## §. LXVI.

CUM hujusmodi emphyteufis hæreditatis naturam sequatur, (§. LIX. 2.) sicut in aliis bonis hæreditariis aliquando Fiscus succedit, ita & in emphyteufi hæreditaria. Et quidem Fisci successioni locus est in emphyteufi 1. si hæres indignus est hæreditate, qua emphyteufis comprehenditur, quia tacitam fidem contra leges testatori accommodaverit Ord. lib. 2. tit. 26. §. 23: 2. si defunctum condere testamentum prohibuer-

buerit, aut coegerit *Ord. lib. 4. tit. 48:*  
 3. si alio quocumque modo hereditate  
 indignus sit *Ord. tib. 2. tit. 26. §. 17: 4.*  
 si emphyteuta crimen læse Magestatis,  
 aut hæresis, aut quodlibet aliud comise-  
 rit, ob quod illius bona Fisco adscribi  
 solent. *Ord. lib. 2. tit. 26. §. 21. lib. 5.*  
*tit. 1. §. 1. tit. 6. §. 17. & 18.*

## §. LXVII.

*De em-  
phyteusi  
familia-  
ri. Axi-  
mata.*

**Quoad** emphyteusim familiarem,  
 cum illa sit, quæ conceditur alicui, &  
 illis, qui ex familia fuerint (§. XVI.), hæc  
 fint axiomata: I. in eam succedunt, qui  
 sunt ex familia licet non sint hæredes:  
 II. illam successor obtinet non ab ultimo  
 possessore, sed immediate a domino.

## §. LXVIII.

*Qui suc-  
cedant.*

CUM succedant, qui ex familia sunt  
 etiamsi hæredes non sint (§. LXVII. 1.)  
 iequitur I. succedere omnes ex familia  
*Ord. lib. 4. tit. 96. §. 24:* etiam foemi-  
 nas *Ord. lib. 4. tit. 37. §. 6:* ac 2. ex fili-  
 lis non modo legitimos, sed naturales  
 licet equitis, multoque magis legitima-  
 tos arg. *Ord. lib. 4. tit. 36. §. 4: 4. lega-*  
*tarium, re certa institutum, ac exhæ-*  
*reda-*

redatum, modo ex familia sit: 5. non succedere extraneum *Ord. lib. 4. tit. 37.*  
 §. 6: 6. nullo ex familia existente, reverti ad dominum emphyteusim *Ord. lib. 2. tit. 1. §. 6.*: 7. Fiscum nunquam in hujusmodi emphyteusim succedere, sed eam aut ad dominum reverti, aut proximo ex familia tribui *Ord. lib. 5. tit. 1. §. 2. & 3. & tit. 6. §. 15. & 18.*

(a)

## §. LXIX.

Nec minus inde patet 8. proximio- *Et quo-*  
*rem excludere remotiorem Ord. lib. 4. modo.*  
*tit. 36. §. 4. tit. 37. §. 6:* ac ideo 9.  
 representationi locum non esse: 10. de-  
 ficiente proximiori remotiorem admit-  
 ti *Ord. lib. 4. tit. 36. §. 4. tit. 37. §. 6:*  
 11. si plures eodem gradu sint, omnes  
 admitti, & tunc divisioni locum esse  
*Ord. lib. 4. tit. 96 §. 24. (§.LXII. n.):*  
 12. conjugi mortuo, non dividi iater il-  
 lius conjugem superstitem & descen-  
 dentes mortui emphyteusim, quam su-  
 perf-

(a) Fructus vero, dum ultimus emphy-  
 teuta existit, cujus bona publicata sunt, Fis-  
 co pertinent *Ord. lib. 5. tit. 1 §. 2. & tit. 6.*  
*§. 15,* sicut etiam pretium meliorationum,  
 si ad dominum revertitur *Ord. lib. 5. tit. 3.*

perstes suscepereat ante matrimonium contractum , sed illi præcipuam esse *Ord. lib. 4. tit. 96. §. 24.*: si que mortuus erat , qui emphyteusim habebat , illam in totum ad illius descendentes pertinere *Ord. ibid. (a): ac 13.* si eam quis acceperit ab emphyteuta locum esse collationi *Ord. lib. 4. tit. 97. §. 22.*

## §. LXX.


*Quibus uneribus.* DEINDE cum successor emphyteusim familiarem a domino accipiat , non vero ab ultimo possessore (*§.LXVII.2.*) sequitur 1. posse quem se abstinere ab haereditate ultimi possessoris , & in emphyteusim succedere , quo casu 2. non tenetur solvere defuncti debita , nisi emphyteusis esset empta , aut expensis aucta a defuncto emphyteuta arg. *Ord. lib. 4. tit. 97. §. 22:* 3. non comprehendi fideicomisso universalis : 4. dividendam æqualiter etiam inter inæqualiter institutos: 5. non posse emphyteutam ad eam

(a) Aliud est , si emphyteusis accepta , consumato matrimonio , quoniam isto casu superstes medium partem retinet , facta divisione , ut (*§.LXII.n.a.*) diximus *Ord. lib. 4. tit. 96. §. 24.*

eam alium nominare, alium excludere.

## §. LXXI.

Hæc de emphyteusi pure familia-*Successio  
ri; quæ est mixta iisdem regulis subjici-  
tur, at in successore concurrere nece-  
sum est, qualitatem in concessione em-  
phyeuseos adjectam, & qui eam non  
habent, excluduntur, et si ex familia  
sint. Unde 1. si fuerit concessa alicui,  
& filiis, & descendantibus masculis,  
fœminæ excluduntur; at quicumque  
descendens masculus admittitur, quam-  
quam natus ex fœmina, & inter eos re-  
gulae sequuntur, quas tradidimus §. LX-  
IX: 2. si alicui & filio, aut descendenti  
primogenito, hic semper eam accipit,  
exclusis aliis; primogemitus vero exis-  
timandus etiam secundo genitus, si  
tempore mortis primogenitus non exis-  
terit, qui ideo preferendus nepoti ex  
isto nato arg. Ord. lib. 2. tit. 35. §. 1.  
lib. 4. tit. 36. §. 4. & tit. 37. §7. Ita  
in alia quacumque specie.*



## CAPUT VIII.

*De nominatione Emphyteuseos.*

## §. LXXII.

*Quid sit  
emphy-  
teuseos  
nomina-  
tio, & in-  
de axio-  
mata.*

**E**MPHYTEUSEOS successioni proxima est nominatio, quæ definiri potest actus quo quis eligitur ad sucedendum in emphyteufism, quam nominans habebat cum facultate nominandi (a). Ex qua definitione fluunt axiomata: I. Possunt emphyteufism nominare, qui illam habent cum facultate nominandi, ab ea que exercenda nullo modo impediuntur: II. Possunt nominari, qui emphyteufism accipere, & quidem secundum concessionis legem queunt: III. nominatio fit actu, quo successor eligitur: IV. Ea emphyteufis acquiritur, & non a nominante, sed ab eo, qui dedit potestatem nominandi.

## LXXIII.

---

(a) *Obs.* Hanc facultatem non modo contractu, sed testamento, aliaque ultima voluntate concedi posse *Ord. lib. 4. tit. 37. §. ult.*

## §. LXXIII.

CUM nominare possint, qui habent Qui no-  
 emphyteufim cum potestate nominan- minare  
 di, ab illaque exercenda nullo modo possunt.  
 impediuntur (§. LXXII. 1.) sequitur  
 1. nominare posse, qui emphyteufim no-  
 minationis habet, vel ipsa liberæ no-  
 minationis fit, vel hæreditaria, aut fa-  
 miliaris nominationis: 2. masculum, &  
 foeminam, filium familias, ac patrem-  
 familias, advenam, & civem, Eccle-  
 siasticum, & secularem: 3. minorem,  
 dummodo curatoris consensus accedat;  
 & 4 impuberem, modo infantia major,  
 accedente tutoris, aut patris auctoritate,  
 judicisque decreto: 5. virum sine con-  
 sensu uxoris Ord. lib. 4. tit. 97. §. ult:  
 6. deportatum, etiamque mortis dam-  
 natum, excepto reo læsæ Magestatis  
 Ord. lib. 5. tit. 6. §. 19.

## §. LXXIV.

D

*Obs.* Istos omnes nominare posse, neminem  
 vero compelli, ut nominet, cum no-  
 minatio sit concessa in favorem em-  
 phyteutæ, cui ille renuntiare potest L.  
 29. Cod. de Pactis.

## §. LXXIV.

*Qui no-  
minare  
non pos-  
sunt.*

Ex eodem principio sequitur 7. non minare non posse, qui emphyteusim hæreditariam, aut familiarem habet; nec etiam 8. procuratorem, tutorem, curatorem: & 9. qui electionis est incapax, velut infans, furiosus, mente captus: 10. qui aliqua lege prohibetur, qualis læsæ Magestatis reus *Ord. lib. 5.  
tit. 6. §. 19.*

## §. LXXV.

*Qui no-  
minari  
possunt in  
emphy-  
teusim li-  
beræ no-  
minatio-  
nis.*

CUM nominari possunt, qui emphyteusim accipere secundum concessio-  
nis legem queunt (*§. L. XXII. 2.*) pa-  
tent in emphyteusim liberæ nominatio-  
nis nominari posse 1. non modo hære-  
dem, aut cognatum, sed extraneum,  
ac exhæredem: etiam 2. virum ab uxo-  
re, & contra, nisi quinquagenaria filios  
habens nupserit *Ord. lib. 4. tit. 105.*:  
3. unum, aut plures, uni vero semper  
adscribendam juxta *Ord. lib. 4. tit. 36.*  
*§. 1. & tit. 96. §. 23: 4. laicum, & cle-  
ricum (a): ac 6. cæteros quoсumque  
qui-*

(a) Excipe emphyteusim, quam clericus  
jure

quibus emphyteufim accipere permit-  
titur (§. XXVII.). quin intersit , an  
masculi, an fœminæ, an majores , an  
minores , an filiifamilias, an patresfa-  
milias sint: non vero 7. qui ab emphy-  
teusi accipienda excluduntur (§.XXV-  
III.).

## §. LXXVI.

Ex eodem principio patet in em- *Qui in*  
phyteusi familiari 1. filium , aut filiam *emphy-*  
nominari posse Ord. lib. 4. tit. 37. §. 6: *teusi fa-*  
2. nepotem , aut neptem non extanti- *miliari*  
bus filiis Ord. ibid. : 3. præferri posse fi- *nomina-*  
lium secundo genitum primogenito, e- *tionis.*  
tiamque filiam filio : 4. filium secundi  
tori postposito filio primi tori: 5. non  
solum legitimum , sed & naturalem ,  
multoque magis legitimatum Ord. lib.  
4. tit. 36. §. 4: non vero 6. extraneum  
Ord. lib. 4. tit. 37. §. 6.

## D 2      §. LXXVII.

---

jure περιουσίας accepit juxta Leg. lat. die  
4. Quintilis anno 1768, qua nominari nequit  
persona Ecclesiastica ejusdem legis præscri-  
pto.

*Obs.* Quod si emphyteufis non est nominati-  
onis familiaris pura ; sed aliquid am-  
plius requirit in filio nominando v.g.  
ut sit masculus, ut sit legitimus , inter-  
istos tantum electionem competere.

## §. LXXVII.

*Qui in  
emphy-  
teusi no-  
minatio-  
nis hæ-  
reditaria*

PATET etiam ex eodem principio  
 1. in emphyteusi nominationis hæreditaria quemque ex heredibus nominari posse extraneum, ac legitimū, testamentarium, ac ab intestato: non vero  
 2. qui hæredis nomine non veniunt, cum de emphyteuseos successione agitur (§. LXI.)

## §. LXXVIII.

*Quo m-  
do nomi-  
natio fiat*

CUM nominatio fiat actu, quo eligitur successor ad emphyteufism (§. LXXII. 3.) evidens est 1. nominationem fieri posse actu inter vivos velut contractu, & mortis causa, ut testamento Ord. lib. 4. tit. 37. §. 3: & quidem 2. quibuscumque verbis, dummodo ex illis cognoscatur emphyteutam Petrum, aut Joannem eligere voluisse: etiam 3. signis, velut nutu L. 21. ff. de legat. 3: & 4. tacite aliquo facto, ex quo nominatio deduci possit, velut pro parte nominando, aut legando, aut donando Ord. lib. 4. tit. 37. §. 1.: 5. scriptura nominationem nullatenus indigere. Ord. lib. 4. tit. 37. §. 3.

## §. LXXIX.

## §. LXXIX.

DEINDE cum emphyteusis nomina- *Quo effe-*  
 tione acquiratur , & quidem non a no- *tio.*  
 minante , sed a domino (§.LXXII.4.)  
 sequitur 1. simpliciter nominantem ni-  
 hil oneris imponere posse directe , vel  
 indirecte super re emphyteutica : ac i-  
 deo 2. nominatum emphyteusim acci-  
 pere , quin ideo debit is , ac obligationi-  
 bus emphiteutæ obstrictus sit : 3. se  
 hæreditate abstinere posse , aut illam  
 repudiare , emphyteusimque retinere :  
 4. nominatione non illico dominium u-  
 tile acquiri , sed traditione opus esse  
*L. 20. Cod. de Pact. Ord. lib. 4. tit. 7: 5.*  
 nominatum nullo modo obstringi ad  
 emphyteusim conferendam *Ord. lib. 4.*  
*tit. 97. §. 22. (a)*

## §. LXXX.

---

(a) Conferenda vero aliquando , & qui-  
 dem 1. si in vita irrevocabiliter nominata  
*Ord. lib. 4. tit. 97. §. 22:* 2. si , licet testa-  
 mento , aut alio quocumque modo revocabi-  
 liter nominata , fuerat ab emphiteuta empta ,  
 aut expensis non modicis aucta *Ord. ibid:*  
 quibus casibus quomodo collatio facienda , i-  
 psa lex edocet . Si tunc divisione opus fuerit ,  
 illa observanda , que scripsimus ( §. LXII.  
 n. a. ).

## §. LXXX.

*Aliquando irrevocabilius, aliquando revocabiliter.*

NOMINATIONE Emphyteufis acquiritur ( §. LXXII. 4.) sed nec semper eodem modo, cum aliquando irrevocabilis, aliquando revocabilis ea fit, & quidem 1. si emphyteutæ data est simpliciter facultas nominandi, nulla facta mortis mentione, semel facta nominatione inter vivos, jus nominandi expirat *Ord. lib. 4. tit. 37. §. 2. (a)*, factaque nominatio revocari nequit. Si vero 2. facta est testamento, revocatur toties, quoties testamentum infirmatur *Ord. ibid. §. 4:* & similiter 3. si facultas nominandi concessa est respectu, vel consideratione mortis: tunc potest emphyteuta usque ad mortem variare, & ultima nominatio valida erit revocatis alijs antea factis *Ord. ibid. (b)* quin istam liber-

(a) Etiam hoc casu iterum nominare poterit emphyteuta, si nominatus simpliciter decesserit vivo adhuc nominante *Ord. lib. 4. tit. 37. §. 5.*

(b) At secunda nominatio easdem qualitates habere debet, ac prima; aliter enim nihil valet *Ord. lib. 4. tit. 37. §. 3.* Ita si prima instrumento publico fuerit consecuta, secunda nominatio scriptura indiget, nisi testa-

libertatem auferat promisio non revocandæ nominationis , dotis titulus , usufructus simplex reservatio , vel alia quæcumque causa præter traditionem rei , accedente titulo , & translatione universi juris , quod emphyteuta habet  
*Ord. ibid. §. 1. (a)*

### §. LXXXI.

AT si nulla facta nominatione emphyteuta decesserit ? non confessim ad dominum devolvitur emphyteusis , verum ad eam quidam velut a concedente vocati in defectum nominationis , quidam velut ab emphyteuta tacite nominati admittuntur . Et si aut sine testamento decesserit emphyteuta , aut haeredem ascendentem , aut descendenter instituit , velut a concedente vocati admittuntur i. descendentes legitimi ita , ut semper proximus excludat remotorem , & inter equaliter proximos masculus

---

testamento nuncupativo fuerit facta *Ord. ibid.* si vero sine publico instrumento tres testes sufficiunt *Ord. ibid.*

(a) Hoc casu usumfructum reservare potest , & nihilominus firma , & irrevocabilis est nominatio .

culus excludat fœminam , & seniori juno rem Ord. lib. 4. tit. 36. §. 2. junct. §. 3: 2. filii naturales licet equitis Ord. lib. 4. tit. 36. §. 4. junct. §. 3.: 3. ascendent es eodem modo ac descendentes , ut proximus excludat remotiorem, masculus fœminam , seniori juno rem Ord. ibid. §. 4.: 4. spurii dummodo ita legitimati a Principe , ut ab intestato succedere possint : 5. collaterales usque ad quartum gradum eodem ordine ac descendentes , & ascendent es Leg. lat. die 9. Septembris anno 1769 §. 26.

### §. LXXXII.

*Obs. I.* Quod si emphyteusis fuerit a mortuo empta, aut expensis aucta, tum, qui emphyteusim accepit, cœteris hæreditibus ab intestato suam partem ex pretio, aut expensis reddere debet juxta Ord. lib. 4. tit. 96 §. 23. ob Ord. lib. 4. tit. 36. §. 2. in fin.

*II.* Quæ hoc §. scripsimus locum habere, etiamsi emphyteuta instituens descendentes, aut ascendent es tertiam extraneo relinquenterit Ord. lib. 4. tit. 36. §. 3.

*III.* Relatos hoc capite emphyteusim accipere , et si emphyteuta sine nominati one decedat, quia nominare non poterat , velut reus læsa Magestatis; quippe non tamquam tacite nominati , sed velut


## §. LXXXII.

TAMQUAM tacite nominati admit- *Quidam*  
tuntur, cum testamentum fecit em- *ut tacite*  
phyteuta, eoque hæredem extraneum *nominati*  
instituit, i. hæres institutus *Ord. lib. 4.*  
*tit. 36. pr.: 2.* si plures hæredes fuerint,  
omnes pro portionibus hæreditariis *Ord.*  
*lib. 4. tit. 36. §. 1.: 3.* nullo vero expre-  
se nominato, aut a concedente vocato,  
aut tacite nominato existente emphy-  
teufis ad dominum revertitur *Ord. lib.*  
*4. tit. 36. §. 2.*

## C A-

---

velut a concedente vocati admittuntur.  
Cæterum requiritur, ut emphyteufis  
accipere possint, illisque singula ob-  
servantur, quæ de vere nominatis di-  
ximus.



## C A P U T I X.

*Quibus modis Emphyteusis extinguitur,  
& amittitur.*

## §. LXXXIII.

*Emphy-  
teusis ex-  
tinguitur  
rei inter-  
itu, &  
confoli-  
datione.* CUM in emphyteusi utile rei domi-  
nium habeat emphiteuta , directo  
penes dominum retento (§. VI. 1.) ap-  
paret emphyteusim subsistere non pos-  
se ex quo tempore vel res deficit , vel  
utrumque dominium in eadem persona  
conjunctum extat , ac proinde illam ex-  
tingui 1. rei totalis interitu ; 2. confoli-  
datione.

## §. LXXXIV.

*Quibus modis co-  
solidatio  
contingat* REI totalis interitu emphyteusim ex-  
tingui evidens est L. r. Cod. de Jur. em-  
phyti.

*Obs.* Consolidatione extingui emphyteusim  
secularem , non vero ecclesiasticam ,  
cum haec eo tantum effectu consolida-  
tionem admittat , ut res iterum in em-  
phyteusim intra annum & diem trada-  
tur Leg. lat. dte 4. Quintilis anno 1768 ,  
& alia lat. die 12 Maii anno 1769 .

*phyt. §. 3. Inst. de locat. arg. L. pen. Cod. de usufruct. pr. Inst. cod:* verum consolatio plus indaginis exigit, cum multiplex sit. Evidem consolidatio, quæ nihil aliud est, quam utriusque domini conjunctio in eadem persona, contingit 1. cessione; 2. præscriptione; 3. devolutione; 4. comisso; 5. delicto; 6. lapsu temporis.

### §. LXXXV,

Cum emphyteusis conventione præcipue constituatur (§. XXXII.) nihil mirum, quod cessione finiri possit, id est, conventione, qua volenti domino ius suum cedat emphyteuta *arg. §. 5. Inst. de usufruct.*, aut etiam emphyteutæ dominium directum dominus cedat; nihil enim naturali rationi ita convenit, ac obligationem eodem modo tollere, quo fuit contracta. Nec alia ratione, præscriptione emphyteusis extinguitur (§. LXXXIV. 2.) si dominus rem debito modo, & tempore possidens contra emphyteutam, aut iste dominium contra dominum denegationi canonis per tempus legibus definitum acquiescentem possessione suo nomine præscribat.

### §. LXXXVI.

## §. LXXXVI.

*III. Devolutions* DEVOLUTIONE extinguitur emphyteusis §. LXXXIV. 3). cum nullo successore existente iterum ad dominum revertitur: id vero contingit 1. defici-entibus omnibus in concessione emphyteuseos comprehensis, v. g. hæreditibus, si emphyteusis est hæreditaria (§. LXI. 8.), aut descendantibus, si est familia-ris (§. LXVIII. 6.); 2. nullo expresse, aut tacite nominato, aut a concedente vocato, si emphyteusis est nominationis (§. LXXXII. 3.)

## §. LXXXVII.

*IV. Cōmissio ob rei detractionem.* EMPHYTEUSEOS consolidationi ex causa cōmissi locus est, cum ob aliquam rei detrac-tionem. emphyteutæ culpam utile dominium ad dominium reddit. Prima vero com-missi causa est rei insignis deterioratio dolo, culpave lata emphyteutæ facta *Auth.* Qui rem *Cod. de Sacrof. Eccles.*: suum namque officium negligit, qui, cum rem colendam recipisset, eam culpa, aut dolo deteriorem reddit. Unde patet emphyteusim ex ista causa consolidari, si concurrat 1. rei insignis & notabilis deterioratio *Nov. 120. cap. 8. in pr. 2.* ut

ut ea dolo , aut culpa lata contingat :  
non vero 3. si deterioratio sit in fructi-  
bus ex re nascentibus; aut 4. si culpa levi,  
aut levissima accidat. (\*)

### §. LXXXVIII.

Alia cōmissi causa est alienatio em- *V. Com-*  
*phyteuseos inconfusito domino facta L. missio ob*  
*3. Cod. de Jur. emphyt. cap. ult. 3. de lo- alienatio-*  
*cat. Ord. lib. 4. tit. 38. §. 1. five domi- nem rei*  
*nus esset consulendus, ut alienationem inconfus-*  
*sua auctoritate firmaret ( §. XLIX. 2.) to domi-*  
*nus ut jure προτιμησεως uteretur ( §. L. ) no facta.*  
*utroque enim casu ob alienationem ir-*  
*requisito domino factam, illiusque con-*  
*temptum emphyteufis amittitur, &*  
*cōmissi jure domino pertinet, quin inter-*  
*fit, an tota emphyteufis, an illius tan-*  
*tum pars alienata sit. (\*)*

### §. LXXXIX.

(\*) *Obs.* I. Judicis arbitrio relinquendum  
definire, quo casu res insigniter de-  
teriorata dicatur, & quanam culpa  
id evenit.

II. Non omnino requiri, ut tota res  
insigniter deterior facta sit, cum  
sufficiat partis deterioratio, et si a-  
liam partem meliorem emphyteuta  
redderet.

(\*) *Obs.* Quod licet isto casu ipso jure do-  
mino

## §. LXXXIX.

*Cum cō-  
missō ex  
iſto capi-  
te locus  
eſt.*

CUM ex iſto capite emphyteufis in commiſſum incidat ob alienationem, dominique directi contemptum ( §. LXXXVIII.) ſequitur 1. emphyteufiſim in cōmiſſum non incidere, ſi alienatio nulla eſt ex alio capite, præter quam ex defectu conſensus domini : 2. in facta ſub conditione, eaque impleta non eſt : 3. ſi alienationis pretium non ſolutum, aut res tradita non fuit : 4. ſi aliquam excuſationis cauſam emphyteuta habuerit, velut ſi ignoraverit rem eſſe emphyteuticam : 5. ſi in personas investitura comprehenſas alienatio facta fit : ac 6. ſi hoc jure dominus uti noluerit *Ord. lib. 4. tit. 38. §. 1.*

## §. XC.

*VI. Cō-  
missō ob  
non ſolu-  
tum ca-  
nonem.*

Ultima cōmiſſi cauſa eſt non ſolutus canon *Hiennio* in emphyteufi ecclesi-

b//

mino pertineat *Ord. lib. 4. tit. 38.*  
§. 1. ac ideo judicis ſententia opus non fit, attamen, ut rixæ caveantur, ipſe adeundus, illiusque decreto emphyteufeſ os poſſeſſionem dominus adpifcetur.

clefiaistica Cap. ult. ~~§. de locat. Ord. lib.~~  
 4. tit. 39. §. 2., & biennio in emphy-  
 teuti seculari L. 2. Cod. de Jur. emphyt.  
*Ord. lib. 4. tit. 39. pr.* quo facto ob non  
 recognitum directum dominium em-  
 phyteufis amittitur, ad dominumque  
 ipso jure revertitur arg. *Ord. lib. 4. tit.*  
*38. pr.* ( §. LXXXVIII. ) Nec emphy-  
 teutae permittitur moram purgare *Ord.*  
*lib. 4. tit. 39. §. 1.* excepta emphyteusi  
 ecclesiastica Cap. ult. ~~§. de locat. Ord.~~  
*lib. 4. tit. 39. §. 2. (a)*

4/

## §. XCI.

(a) Sed quo tempore? hanc item sustu-  
 lit *Ord. ib.* stabiliens id usque ad litis con-  
 testationem licere.

- Obf.* I. Quod si canon de biennio in bi-  
 ennium solvendus sit, tunc tempus  
 geminatum requiri.
- II. Domino licere pensiones non solu-  
 tas recipere, quin ideo suo jure ca-  
 dat *Ord. lib. 4. tit. 39. §. 1.*
- III. Necessum nullo modo esse, quod do-  
 minus emphyteutam interpellat L.  
 2. Cod. de Jur. emphyt. *Ord. lib. 4.*  
*tit. 39. pr.* & §. 1.
- IV. Culpam emphyteuta in non soluto  
 canone aliis in concessione compre-  
 hensis nocere.

## §. XCI.

*Quando  
cōmisso  
ex ista  
causa lo-  
cus est.*

CUM ita emphyteusis ob non recognitum directum dominium amittatur, ad dominumque revertatur ( §. XC. ) sequitur 1. cōmisso locum non esse, si dominus suo jure cesserit *L.* 2. *Cod. de Jur. emphyt.* *Ord. lib. 4. tit. 39. pr.*: aut 2. i. emphyteutæ expresse purgationem concesserit *Ord. lib. 4. tit. 37.* §. 1. (a) aut 3. tacite futuri temporis pensiones scienter recipiens: 4. si pactum adjectum sit concessioni, quo hæc commissi causa rejiciatur: 5. si emphyteuta partem pensionis solverit, aut etiam 6. per alium canon solutus fit ex emphyteutæ jussu: 7. si compensationem ipse obtulerit:

aut

(a) Id accipendum de emphyteusi seculari, cum in ecclesiastica liberum sit moram purgare ( XC. )

(b) Idem est si canonis solutionem omittat, qui non est emphyteuta, velut vir in rebus uxoris, pater in rebus filii.

*Obs.* Emphyteusim hac de causa esse amissam nonnisi a domino prætendi posse: dominoque id prætendere, licere etiam contra hæredes, seu successores emphyteutæ, nisi vel expresse, vel tacite commissum prædecessori dominus remisisset.

aut 8. si canonem revera obtulit , licet veram solutionem ob culpam domini non effecerit , ( quo casu securius est illum consignare , aut deponere *L. 2. Cod. de Jur. emphyt.* ) : 9. si ex ignorantia , vel alia causa , quæ excusabilis sit , non solverit : 10. si a minore , aut aliis , qui minorum privilegio gaudent canonis solutio omissa fuerit , cum ipsis restitutione succurratur : 11. si defunctus emphyteutam non expulit , a successore expelli non posse , dummodo defunctus commissum cognavisset , suoque jure uti potuisset .

## §. XCII.

**A**MITTITUR etiam delicto emphyteufis ( §. LXXIV. 5. ) dominioque directo consolidatur 1. ob crimen lese Majestatis , si emphyteufis liberæ nominationis est *Ord. lib. 5. tit. 6. §. 19.* aut 2. cujuscumque naturæ sit , si in bonis Regiae Coronæ constituta *Ord. ibid. §. 16.* : 3. ob non factam adscriptiōnem juxta *Ord. lib. 4. tit. 96. §. 24.*

## §. XCIII.

**U**LTIMO cum emphyteufis aliquando *Lapsus temporis.*

E

## VIII.

do ad certum tempus concedatur ( §. XV. ) pactaque contractui emphyteu-  
feos adjecta sint sanctissime servanda  
( §. XXXV. 6. ) sequitur lapsu tempo-  
ris , id est , extinctis personis , quibus  
erat concessa emphyteufis , illam extin-  
gui , ad dominumque reverti *Ord. lib.*  
*2. tit. 1. §. 6.*

## §. XCIV.

*An bene-* QUOTIES aliquo ex supradictis mo-  
*facta rem* do emphyteufis amittitur , quæri solet ,  
*jequan-* an emphyteufim benefacta sequantur?  
*tur em-* Evidem 1. si benefacta ex illis fuerint ,  
*phyteufi* quæ ex contractus natura ab emphy-  
*extincta.* teuta exigi possunt ( §. LVII. 1. ) , tunc  
domino pertinent , nec ipse emphyteu-  
ta , aut illius hæres potest eorum pre-  
mium exigere : si vero 2. ex illis fuerint ,  
quibus emphyteuta minime obligatur ,  
ad emphyteutam , illiusque hæredes  
pertinent , a dominoque solvenda arg.  
*Ord. lib. 5. tit. 1. §. 3. lib. 4. tit. 97. §.*  
*22. : nisi 3. vel aliter* conventum ( §.  
XXXV. 6. ) vel ipsa benefacta parvi  
momenti sint *Ord. lib. 4. tit. 97. §. 22.*

## §. XCV.

## §. XCV.

De fructibus pendentibus tempore, *Et quid de fructibus pendentibus?*  
 quo emphyteusis amittitur, etiam quæritur ad quem pertineant? cum illi pars rei sint, reique fructus ipsius dominus lucretur, evidens est, 1. emphyteusi amissa ipsius etiam fructus pendentes ad dominum pertinere: 2. idem esse, cum ipsa ad sequentem concessionem vocatum transit, licet non sit hæres emphyteutæ: 3. fructus ex benefactis provenientes ab eo percipiendos, cui benefacta cedunt juxta relata (§. XCIV.)

## CAPUT X.

*De renovatione Emphyteuseos.*

## §. XCVI.

**E**MPHYTEUSI extincta aliquando re-*Quando novatione iterum acquiritur (§. emphy-*  
*XXXI.) Evidem cujusque naturæ ipsa teuseos*  
*fit, & quocumque modo extinguitur renovatione*  
*ex consensu domini, ac emphyteutæ tioni lo-*  
*renovatione potest reviviscere. Si vero eius fit.*

E 2 domi-

dominus noluerit, an recte cogatur; altioris est indaginis. Certe si emphyteufis cōmissō amittitur (§. LXXXVII.), aut devolutione (§. LXXXVI.), aut cessione (§. LXXV.), aut præscriptione (§. LXXXV.), aut delicto (§. XCII.) nullum renovationis onus domino incumbit. At emphyteufi lapsu temporis (§. XCIII.) extincta, tunc lis oritur, an dominus renovare cogatur. Nobis rem ita definire placet 1. quoties rei dominus illam in emphyteufim temporariam concessit illo pacto, ut personis extinctis iterum ipse rem in emphyteufim concedere cogeretur, debita est renovatio. At 2. si expresse caatum est, ut personis extinctis emphyteufis ad dominum reverteretur sine renovationis onere, aut etiam 3. pactum renovandi non fuit adjectum, (a) nulla ratio patitur, ut contra pacti fidem domino renovandi onus imponatur, remque in perpetuum amittere cogatur, quam ex.gr. tribus tantum personis annuente ipso emphyteuta concessit.

## XCVII.

---

(a) Isto casu etiam renovationi locus est, si regionis consuetudo pactum renovandi concessione tacite inesse suaferit.

*hucusius à  
mf. celest.  
(Anal. de Tres  
fol. 72)*

## §. XCVII.

RENOVATIO five debita , five non *De reno-*  
*debita iisdem regulis subjicitur , quas vatione.*  
*cum nulla Lex difinit , ex ipsa rei na-*  
*tura deducendas esse constat . Renova-*  
*tio est veteris emphyteuseos extinctæ*  
*repetita concessio . Unde axiomata I.*  
*renovatione emphyteufis conceditur , &*  
*acquiritur : II . non adquiritur nova ,*  
*sed ipsa vetus emphyteufis .*

## §. XCVIII.

CUM renovatione emphyteufis ac- *Renova-*  
*quiratur ( § . XCVII . 1 . ) evidens est tionis re-*  
*1 . scriptura in emphyteuseos ecclesiæ- quisita ,*  
*ticæ renovatione opus esse : 2 . in secu-*  
*lari consensum sufficere ; ac ideo 3 .*  
*conjici posse ex receptione pensionis*  
*post finitam emphyteufim si dominus*  
*sciens eam acceperit : 4 . eadem esse*  
*emphyteutæ , dominique jura & one-*  
*ra post renovationem , quæ diximus ( § .*  
*XXXXIII . seq . )*

## §. XCIX.

CUM renovatione non acquiratur *Quibus*  
*nova , sed ipsa vetus emphyteufis ( § .*  
*concedi*  
*§ . XCVII . debeat .*

XCVII. 2. ) sequitur 1. eam concedendam personis , quæ essent successuræ , nisi emphyteuseos generationes extinctæ essent ; ac ideo 2. nonnisi illis qui habent qualitates in concessionē mēmoratas : 3. si res erat in subemphyteufim concessa , deberi successoribus emphyteutæ , non subemphyteutæ . (\*)

## §. C.

*Renova-  
tionis  
substan-  
tialia.*

Ex eodem principio sequitur 4. naturam emphyteuseos renovationem retinere debere , ac ideo fine pensione , & laudem fieri non posse : 5. veteris emphy-

(\*) *Obs.* Si plures existerint ex illis , qui in investitura comprehenduntur , aut jus petendæ renovationis alicui ultimus emphyteuta relinquit , aut non: priori casu ipse legatarius renovationem petens obtinere debet: secundo si emphyteus est familiaris , teneatur dominus renovationem ei concedere , qui est proximior , ita ut ex istis masculis excludat foeminam , senioriuniorem *Ord. lib. 4. tit. 36.* §. 2. : si est hæreditaria , aut libera nominationis , domino competit elec-*cio inter illos , qui investitura comprehenduntur.*

*V. Anabne 90.  
Terc. pag. 6*

emphyteuseos qualitates servandas , ea-  
que de causa , si erat familiaris , hac  
natura renovanda ; item si hæreditaria,  
aut liberæ nominationis : 6. in cæteris  
vero , quæ emphyteuseos naturam non  
immutant , velut laudemio , pensione ,  
ex consensu partium constitui aliter pos-  
se , sique partes non convenerint , rem  
arbitrio judicis definiendam æquitate  
inspecta : unde 7. regula apud nostra-  
tes , velut sacrum dogma , servata , *re-  
novationem faciendam juxta pactum princi-  
pale* , ut plurimum obtinere in illis po-  
test , quæ emphyteuseos naturam res-  
piciunt. (\*)

## §. CI.

INTRA quod tempus renovatio peti *Intra*  
debeat Legibus non est definitum , nec *quod tem-  
pus pe-*  
ex natura rei deduci potest ; sed legitima *tenda.*  
confuetudine obtinet ut intra an-  
num petatur , nisi justa causa adfit , quæ  
moram excusat. (*Anal. de Tres p. 73*)

---

(a) *Obs.* In renovatione a cœtibus ecclæ-  
siasticis facienda nec pensionem , nec  
laudemium augeri posse. *Leg. lat.*  
*die 4. Quintilis anno 1768.*





be  
xer  
(



